



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

14 Exequotor deputatus cum potestate excommunicationem nunciandi,  
quid servare teneatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

levibus ex rebus incurtiatur, magis cum contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. conc. Trid. cap. 3. in princ. de resor. sess 25. cap. multi, in pr'nc. 2. quast. 1. capit. corripiantur, & ibi gloss. in ver. major. 24. quast. 3. cap. dilecto, §. Et quoniam, de sent. 14 excom. in 6.

**12** Ideò † in causis judicialibus quotiescunque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicij propria auctoritate fieri potest, abstinendum est à censuris ecclesiasticis, & procedi debet, primò ad executionem realem; si fieri potest & deinde ad personalem. Quando vero realis, nec personalis fieri valet, tunc etiam ad excommunicationis penam procedi potest. Quod procedit quoque in causis criminalibus, ut dicto c. 35. in causis rerd, & non sufficit, quod extra judicialiter conster judici executionem realem, vel personalem fieri non posse, sed necessarium est, quod constet in actis per relationem nunciij, ut in deci. Congregat, eiusdem sacr. conc. super eod. cap. 3. §. an si iudex. Et quamvis excommunicatio lata à judice ecclesiastico antequām legitimè constet de impedimentis, vel perturbationibus, quibus prohibetur facere executionem realem, vel personalem, sustineatur, & secundum communem opinionem excommunicationis sententia sit valida, & excommunicatus egeat absolutione; iudex tamen male facit: & debet servare formam à concilio super hoc traditam, ut fuit ab eadem sacra congregacione declaratum, in 16 §. an excommunicatio, super eod. cap. 3.

**13** Nefas autem † est sacerdotali cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet; aut mandare

ut latam excommunicationem revocet sub praetextu, quod supradicta servata non sint, cum non ad sacerdtales, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, conc. Trident. eod. cap. 3. §. nefas. de reform. sess 25.

**14** Executor vero † in partibus deputatus cum potestate excommunicationem nunciandi, postquam sibi constiterit obligatum excommunicationis sententiam incurrisse, non tenetur servare formam in dicto decreto concilij traditam, quia ante fulminationem sententiae excommunicationis in curia Romana presupponunt hujusmodi diligentiae factæ, & tunc hujusmodi excommunicatio non intelligitur sub conditione in subsidium executionis realis, vel personalis, congreg. concil. super eodem cap. 3. §. executor in partibus.

Si autem duo † sint in forma camera Apostolicae in solidum obligati pro eodem debito, si contra unum tantum possit deveniri ad executionem realem, vel personalem, contra ipsum in solidum est executio facienda: quia contra alium, contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis ad instantiam creditotis, censura relaxari non potest, ut per eandem faciem congregat. super eodem cap. 3. §. superposito quod.

Nisi facta executione personali, carcera-  
tus non esset solvendo, quia in subsidi-  
um contra alium ad censuratum relaxatio-  
nem procedi posset.

Adversus † eos, qui temporibus ab Ec-  
clesia statutis ad confessiones, & Ecclesia  
sacramenta accedere negligunt, & penas  
cap. omnis utrisque sexus, de penit. con-  
temnunt, licet Episcopis ad excommu-  
nicationem